

SEMINARIO DE PROBLEMAS

HISPANOAMERICANOS

MARQUÉS DEL RISCAL, 3

MADRID

BOLETIN ECLESIASTICO

ORGANO OFICIAL

INTERDIOCESANO

MENSUAL

EDITADO POR LA

UNIVERSIDAD

DE STO. TOMAS

Año XXII—No. 240



Junio, 1948

SUMARIO

PARTE OFICIAL

CURIA ROMANA.—Bulas de S.S. Pío XII, preconizando Obispo de Jaro al Excmo. Sr. D. José Ma. Cuenco	329
Secretaría de Estado.—Carta al Rector de la U.S.T.	331
Sagrada Congregación de Estudios.—Carta sobre la Universidad Católica de Filipinas	332
Sagrada Congregación de Disciplina de Sacramentos.—Apéndice a la Instrucción sobre las investigaciones previas al matrimonio	333
Comisión Pontificia Intérprete de los Cánones.—Respuestas de Mayo y Junio de 1947	343
CURIA DIOCESANA.—Manila.—Circular sobre el día de Vocaciones para el Clero Secular.—Erección de la Parroquia de San Juan de Bulacán.—Erección de la Parroquia de Sibul.—Nombramientos	345
Lingayén.—Invocación en la toma de posesión de Oficiales Provinciales	353

PARTE DOCTRINAL

Sección de Actualidad.—Cincuentenario de la Consagración de Filipinas al Sdo. Corazón	358
Sección Ascética.—Reflexiones sacerdotales sobre la Misa	361
Sección Canónica.—Sobre el trono episcopal y la incensación en la Misa Pontifical	369
Sección Casos y Consultas.—I. Sobre los "Rotary Clubs".—II. Vigencia de las Facultades generales.—III. Estipendio de Misas.—IV. Donación a causas pías.—V. Impedimento de Crimen	376
Sección Informativa.—Noticias religiosas y sociales.—Bibliografía.—Necrología	386

MANILA—TIP. DE LA UNIVERSIDAD DE STO. TOMAS

NUEVO SEMINARIO

Tenemos el placer de anunciar la
apertura de un

Seminario

para vocaciones religiosas en
San Carlos, Negros Occ.

Los aspirantes que deseen abrazar la
vida religiosa en la

Orden de Agustinos Recoletos

sírvanse presentar su solicitud al
P. Director. Dirección

Sto. Tomás de Villanueva
San Carlos (Negros Occ.)

BOLETIN ECLESIASTICO

DE FILIPINAS

Organo Oficial, Interdiocesano, Mensual, editado por la Universidad de Santo Tomás, P. O. Box 147, Manila, Islas Filipinas

*"Entered as second-class matter in the Manila Post Office
on June 21, 1946"*

Director:

R. P. J. Ortega, O.P.
S.T.D.



Administrador:

R. P. A. García, O.P.
S.T.D.

PARTE OFICIAL

Curia Romana

BULAS DE S. S. PIO XII PRECONIZANDO OBISPO DE JARO A S. E. MONS. JOSÉ MA. CUENCO⁽¹⁾

PIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI

Venerabili Fratri Josepho Mariae Cuenco, hactenus
Episcopo Titulari

Emeriensi, in Episcopum Jarensem seu S. Elizabeth electo,
salutem et apostolicam benedictionem.

(1) El nombramiento de Obispo Auxiliar se perdió por los azares de la guerra.

No continuamos la Encíclica "Mediator Dei" porque, siguiendo la sugerión de persona autorizada, pensamos darla toda entera en un solo número anterior.—LA DIRECCIÓN.

Commissum humilitati Nostrae ab aeterno Pastorum Principe supremi apostolatus officium, quo universo christiano orbi praesidemus, onus Nobis imponit diligentissime curandi ut Ecclesiis omnibus tales Antistites, qui sibi creditum dominicum gregem salubriter pascere, regere, et gubernare sciant ac valeant. Cum itaque Cathedralis Ecclesia Jarensis seu S. Elizabeth, Metropolitanae Ecclesiae Nominis Jesu seu Caebuanae sufraganea, per c. m. Jacobi Pauli McCloskey Episcopi obitum suo in praesens destituta pastore, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S.R. Cardinalium consilio, tibi eam concedere statuimus.

Apostolicae igitur Nostrae potestatis plenitudine Te vinculo absolvimus episcopalis Ecclesiae Emeriensis, cujus titulum hucusque gessisti et ad Ecclesiam illam Jarensis seu S. Elizabeth transferimus eique Episcopum praeficimus et Pastorem, necnon cum omnibus juribus et privilegiis et obligationibus pastorali huic officio inhaerentibus. Volumus vere ut, antequam Dioecesis Tibi modo creditae canonicam capias possessionem, in manibus alicujus quem malueris catholici Antistitis, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habentis, fidei catholicae professionem ac praescriptum fidelitatis juramentum iuxta statutas formulas emittere harumque exemplaria, Tui dictique Antistitis subscriptione ac sigillo munita ad S. Congregationem Consistorialem quantocius transmittere omnino tenearis. Firmam autem spem fiduciamque concipimus fore ut, dextera Domini Tibi assistente propitia, Ecclesia Jarensis per tuam pastorem sollicitudinem et indefessum studium regatur utiliter et majora in dies in spiritualibus ac temporalibus suscipiat incrementa.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo non-gentesimo quadragesimo quinto die quarta et vigesima Novembris mensis, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellarius
E. Card. Granito Pignatelli di Belmonte
Decanus Sacri Collegii

ALFREDUS VITALI, *Prot, Ap.*
ARTHURUS MAZZONI, *Prot, Ap.*

ALFREDUS LIBERATI
Adjutor a Studiis

Expedita:
die quarta mensis Januarii, anno Septimo.

ALFREDUS MARINI, PLUMBATOR.

Es copia fiel:

Jaro, a 16 de Feb. 1948.

P. PANFILO T. BRASIL
Canciller-Secretario

SACRA CONGREGATIO
DE SEMINARIIS
ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

Prot. Núm. 345/48

Roma, 21 de Febrero de 1948

Reverendísimo Padre,

con mucha satisfacción Le damos gracias por la Relación impresa que Su Reverendísima ha traído personalmente a esta Sagrada Congregación, tocante al funcionamiento de la Pontificia Universidad "SANTO TOMÁS" de Manila en los años académicos 1941-1947.

El magnífico volumen pone en plena evidencia la actividad digna de todo encomio de los beneméritos Padres, los cuales en años tan difíciles han sabido afrontar tantos sacrificios por el bien de la gran Universidad.

Estamos ciertos que, superados mediante la protección divina los peligros de una áspera guerra de los que Manila ha sido repetidamente el centro, todos aquellos que prestan su trabajo en el histórico Ateneo se sentirán ahora empeñados en promover, con celo siempre creciente, la gloria de Dios y la salvación de las almas, amenazadas por funestísimos errores y por la ausencia de aquella espiritualidad cristiana que dá valor sobrenatural a la vida.

Imploramos por tanto del Dador de las Luces las más amplias bendiciones sobre la amada Universidad Católica de las Islas Filipinas, suscitada por la Divina Providencia en aquel extremo Oriente para que cumpla dignamente su elevada misión.

Con tales votos por la querida Universidad, expresamos, por medio de Vuestra Reverendísima, a los Dirigentes y a los Profesores de la misma el aplauso de este Sagrado Dicasterio, mientras, con sentimientos de particular obsequio, Nos confirmamos

de Vuestra Paternidad Reverendísima
dev.mos en J. C.

G. CARD. PIZZARDO

† G. ROSSINO, *Secret.*

Revmo. P. Maestro General
MANUEL SUÁREZ
Roma

SECRETARIA DI STATO

di

SUA SANTITA

N. 170487/SA

Vatican City, February 29, 1948

Dear Father Jordan

The Very Reverend Father Fernandez has presented to the Holy Father the copies of "Relatio 1941-1947" and of the "1947 Thomasian" which you so dutifully forwarded for the Pontiff's acceptance.

The "Relatio", beginning with a detailed account of the vicissitudes of the University and of its buildings and personnel during the difficult years of the war, bears eloquent testimony to the magnificent work being accomplished by the different branches and faculties of the University of Santo Tomas.

His Holiness bids me express to you His cordial felicitations on the success which has crowned your untiring efforts, and it is His confident prayer that its reopening after the dark years of the war may mark the beginning of a new era of progress and prosperity for the University and that the zealous activities of the Rector and his associates may be blessed with ever-increasing spiritual fruits.

With this prayer, the Sovereign Pontiff lovingly imparts to you and to the Professors and students of the University of Santo Tomas His paternal Apostolic Benediction.

I gladly avail myself of this occasion to express to you my deep thankfulness for the copy of "Relatio" which you so thoughtfully included for my personal use.

With sentiments of high esteem and cordial regard, I remain

Yours sincerely,

(SGD.) J. B. MONTINI
Subst.

VERY REV. EUGENIUS JORDAN, O.P.
Rector Magnificus,
University of Santo Tomas,
Manila

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Instructio*

de normis a parcho servandis in peragendis canonicis investigationibus antequam nupturies ad matrimonium ineundum admittat (can. 1020).

APPENDIX

ALLEGATUM I

(cfr. n. 3, 5, 7, 9 Instructionis)

Nupturientium examen opportuno tempore ante matrimonii celebrationem peragendum a parcho.

Revocata in mentem sponsi (sponsae) sanctitate iurisiurandi atque gravitate poenarum, quibus periuri sunt obnoxii, necnon sollemnitate actus explendi, parcho sponsum (sponsam) alloquatur:

Velis invocare Nomen divinum in testem veritatis, tangendo sancta Evangelis, sequenti formula:—

“Ego... iuro me totam ac solam veritatem dicturum (am) super universa re, de qua rogandus (vel roganda) ero”.

Dein eis deferat quaestiones seorsum, sponso nempe absente sponsa, et vicissim sponsae, absente sponso: ¹

1. Requirantur eius nomen et cognomen, necnon patris et matris, nativitatis locus, aetas, religio et quidem tum sui ipsius tum alterius nupturientis, professio aut civilis conditio. Ut de personae identitate constet, nisi eadem parcho nota sit, requiratur documentum ad hoc rite confectum imaginem ipsiur arte photographica expressam referens. Si nondum documenta recepti baptismi et confirmationis prae manibus habeat, parcho interroget utrum haec sacramenta receperit. ²

* Véase nuestro número de Abril de 1948, pág. 191 sig.

¹ Hisce quaestionibus addantur quae particulari iure, v. g. Concordatorum, sunt praescriptae.

² Redditae responsioni se baptismum non suscepisse facile ne credat parcho, nisi aliunde id ipsi certo constet, sed a parcho loci originis requirat utrum e libro renatorum constet de collatione baptismi: quo in casu huius fidem petat [cfr. n. 4 c) a) *Instruccionis*].

2. Utrum matrimonium in facie Ecclesiae cum alia persona inierit et, quatenus affirmative, quomodo fuerit solutum (can. 1069).³ Si autem suspicetur parochus de praecedentis vinculi existentia, in proclamationibus instet et testes fide dignos ac iuratos inducat (Alleg. II et III) et dumtaxat recurrat ad iusiurandum suppletorium cum ceterae desierint probationes (cfr. n. 6B) Instr.): cautius vero procedat cum vagis atque opificibus in regiones dissitas a loco originis demigratis (cfr. n. 6 r) Instr.).

3. In quam paroecia habeat domicilium vel quasi-domicilium aut menstruam commorationem, viam et numerum domus quam incolit, et a quo tempore ibi moretur.

4. Quibusnam in dioecesibus saltem per semestre moratus sit post adeptam pubertatem (sponsus post completum decimum quartum annum, sponsa post duodecimum completum); quamnam ob causam, quamdiu et quam in paroecia.⁴

5. An valida sponsalia contraxerit cum alia persona, quomodo et quando sint resoluta.⁵

6. Utrum civile quod vocant matrimonium sponsi iam inter se inierint aut cum alia persona, resolutumve sit hoc alterum an non.⁶

7. Utrum inter se adstringantur aliquo et quonam vinculo, consanguinitatis (can. 1076), affinitatis (can. 1077), cognationis spiritualis ex baptismo (can. 768, 1079), cognationis legalis ex adoptione civili (can. 1059, 1080).

Quod ad consanguinitatem et affinitatem vero attinet, parochus recolat gradus lege canonica matrimonio obstantes, et relate ad nupturientes rudiores impedimenta per practica exempla explicet: quod si suspicetur reticentiam impedimentorum, aptis

³ Requiritur authenticum documentum de obitu prioris coniugis, vel sententiae executivae nullitatis matrimonii [cfr. n. 4 c) e) et f) et n. 6 *Instruccionis*], vel dispensationis super matrimonio rato et non consummato una cum mentione vetiti forte statuti cfr. n. 11 c) *Instructionis*.

⁴ In casu affirmatae commorationis parochus probationes colligat de statu libero (can. 1023 § 2: cfr. n. 6 *Instr.*). In casu autem de quo in § 3 eiusdem canonis, consulat Ordinarium.

⁵ Licet nupturiens sponsalia valide cum alia persona contraxerit, nec ulla iusta causa ab iisdem implendis excusetur, non datur actio ad petendam matrimonii celebrationem, sed dumtaxat ad reparationem damnorum, si qua debeatur (can. 1017 § 3).

⁶ Si civile quod vocant matrimonium cum alia persona etiam alteruter tantum attentaverit et resolutum definitive fuerit, resolutionis definitivae huiusmodi requiratur documentum authenticum; si adhuc vero vigat, consulatur Ordinarius. (*Pro Italia cfr. Instr. H. S. C. 2 aprilis 1909*).

modis reticentiam eripere conetur, praesertim inquirendo in parentum cognomina et testimonia suscepti baptismi necnon ad testes provocando (*Alleg. II*; cfr. n. 5 *Instr.*).

8. Nisi res aliunde parochus innotescat, prudenter inquireat utrum notorie catholicam fidem abiecerit, etsi ad sectam acatholicam non transierit, an societatibus ab Ecclesia damnatis adscriptus sit (can. 1065); an sectae atheisticae adhaereat vel adhaeserit (cfr. n. 5 not. 6 *Instr.*). Ab alio fonte exquirat an publicus peccator sit et an censura notorie innodatus (can. 1066). Eadem parochus percontetur a sponso de sponsa et vicissim a sponsa de sponso.⁷

9. Diligenter inquireatur utrum sponsi detineantur aliquo alio impedimento impediante vel dirimente: mixtae religionis (can. 1060), disparitatis cultus (can. 1970),⁸ aetatis (can. 1067), ordinis sacri (can. 1072), voti et professionis religiosae (can. 1058, 1073), raptus (can. 1074), criminis (can. 1075),⁹ publicae honestatis (can. 1078).

10. Utrum omnino libere et sponte matri monio consentiant, praesertim mulier, an, contra, ad idem compellantur directe vel indirecte ab aliqua persona. Ad rem sponsum (sponsam) moneat parochus quam maxime circumspectam et discretam rationem habitum iri revelatae notitiae ita ut nullam molestiam pars inde habitura sit, cuius libertati alio modo succurri forte poterit.¹⁰

11. Utrum sponsus (sponsa) noverit an sponsa (sponsus) omnimoda cum libertate matrimonium contrahere consentiat necne: et, hoc altero casu, edicat unde metus vel coactio procedat.

12. (Si nupturiens vicesimum primum annum nondum expleverit). An parentes (tutores) matrimonium ineundum norint eique consentiant, secus quasnam ob causas insciis vel invitis parentibus celebrare velit.¹¹

⁷ Hisce in casibus, si affirmative respondeatur, parochus se gerat ad normam can. 1065 et can. 1066.

⁸ Quoad matrimonia mixta, standum est praescriptis Codicis I. C. et decretis S. Officii.

⁹ De existentia impedimenti *criminis* accuratius, licet prudenter, inquireatur quando constet prolem adulterinam nupturientes suscepisse; aut eosdem detineri impedimento affinitatis; aut alia suspicandi ratio intersit.

¹⁰ Etiam responsioni redditae de absentia cuiusvis coactionis ne acquiescat parochus, sed aliunde percontetur utrum reapse ita res se habeat, et si intersint specialia adiuncta, de quibus sub n. 7 huius Instructionis, accuratissime investiget, etiam per testes, si opus sit (*Alleg. II* et *III*).

¹¹ Parochus graviter filiosfamilias minores hortetur ne nuptias ineant, insciis aut rationabiliter invitis parentibus; quod si abnuerint, eorum matrimonio ne assistat, nisi consulto prius loci Ordinario (can. 1034) (*Alleg. III*).

13. Percontetur parochus an nupturientes sufficienter instructi sint in doctrina christiana et praesertim in praecipuis matrimonii finibus, iuribus et obligationibus atque, si casus ferat, nefasta placita contra catholicam doctrinam refutet, genuinam Ecclesiae catechesim de hoc sacramento recolendo (cfr. n. 8 Instr.).

14. An aliquid et quid actui civili ineundo obstet. ¹²

15. Ad fraudes et causas nullitatis matrimonii praecavendas, parochus in locis ubi, Episcopi iudicio, id expedire videatur, utrique nupturienti innuat se pro certo habere ambos matrimonium contrahere velle ad tramitem doctrinae catholicae, prout universim usu fit a fidelibus, nempe unum, indissolubile, ad prolem procreandam ordinatum sine ulla contraria intentione vel conditione; et ad rem responsionem percontetur a sponso tum quod ad ipsum attinet tum quod ad sponsam et vicissim.

(Si nupturiens affirmative responderit, poterit parochus omittere quaestiones 16-17 et ad ulteriora procedere. Si quod dubium contra aut suspicio ex responsione nupturientis vel aliunde exoriatur, eum contrariam intentionem aut conditionem matrimonio adiacere velle, ulterius, prout infra, prosequatur parochus).

16. Nupturienti recolat doctrinam Ecclesiae: nempe spon-
sos, qui ineundo coniugio intentiones ¹³ et condiciones ¹⁴ forte apponant, quae eius valori quomodocumque adversentur, in sacramentum sacrilege delinquere, peccatorum illaqueari prope modum infinita congerie, sed neque posse matrimonium ita contractum nullitatis accusare: demum parochum non posse hisce nuptiis assistere. Dicat insuper apertis verbis reticentiam in hac re nihil prodesse spon-
sis. Ad rem responsionem requirat.

(Si nupturiens declaraverit intentiones aut condiciones huiusmodi se adiecisse aut velle adiacere nuptiis ineundis, ad has retrahendas omni studio eum inducat parochus; quod si ille renuat, eum ab ineundo coniugio dimittat. Si contra recedat, mutatae voluntatis declarationem parochus signet in actis. Tum

¹² Id valet pro locis ubi actus civilis auctoritate publica praecipitur: quo casu parochus, inconsulto Ordinario, nuptiis ne assistat, si quid actui civili ineundo obsit, vel alias de eiusdem civilis actus omissione suspicio subsit.

¹³ Nempe si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum, aut omne ius ad conjugalem actum vel essentialiam aliquam matrimonii proprietatem (can. 1086 § 2).

¹⁴ Hae sunt praesertim condiciones de futuro contra matrimonii substantiam, nempe contra tria bona coniugii *fidei, prolis, sacramenti* (can. 1092).

postulet utrum noverit de conditione aut intentione aliqua id genus et quam forte apposita aut apponenda ab altera parte et, casu affirmativo, eadem servet cum hac altera parte).

17. Si uterque vel alteruter nupturiens aliquam conditionem licitam et honestam de praesenti, de praeterito aut de futuro, ineundo coniugio declaraverit se apposuisse aut apponere velle ex qua pendeat matrimonii valor, exquirat parochus prudenterque interroget quomodo de adimpleta conditione ista se certiosem facere intendat: et, si id consequi se velle fateatur ratione, quae inhonesta sit, ab eadem adiicienda eum absterreat vel ad adiectam revocandam inducat; secus a matrimonio celebrando eum prohibeat. Si vero de conditionis implemento certiosem se facere intendat ratione morum honestati consentanea et parochus ipsius conditionis aequitatem agnoverit, ipse Ordinarium consulat eiusque pareat mandatis.

18. An aliud habeat declarandum circa suum matrimonium.

19. In quorum fidem velit igitur sponsus (sponsa) redditas responsiones subscribere: Loco...die...mense...anno...

Subsignatio sponsi in uno exemplari.

Subsignatio parochi.

Subsignatio sponsae in altero exemplari.

Subsignatio parochi.

Adnotatio. — Hae iuratae depositiones alligentur actibus peracti matrimonii et transmittantur tribunali ecclesiastico competenti, quoties de valore matrimonii actio instituta fuerit quolibet ex capite.

ALLEGATUM II

(cfr. n. 5 et 6 Instructionis)

Examen testium ad comprobendam libertatem status nupturientium.

(Interrogandi sunt duo testes, a parochi cogniti, pro unoquoque nupturiente: iidem vero testes pro utroque inservire possunt, dummodo seorsum de unoquoque testificentur).

Velis invocare Nomen divinum in testem veritatis tangendo sancta Evangelia, sequenti formula:

“Ego...iuro me totam ac solam veritatem dicturum super universa re, de qua rogandus ero”.

Dein ei deferat quaestiones:

1. Requirantur eius nomen et cognomen, nomen patris, dies, mensis, annus et locus nativitatis, religio, professio, domicilium.

2. Num habuerit notitias, consilia, instigationes circa ea, quae testificari debet.

3. Quonam ante tempore et quomodo cognoverit sponsum (sponsam). Cognoveritne etiam sponsam (sponsum). Quonam ante tempore et quomodo.

4. Quaenam sint nomina et cognomina nupturientium. Ubi nunc habitent, et a quonam tempore. Quamnam professionem obeant.

5. Quibusnam in paroeciis morati sint saltem per sex menses post completum decimum quartum annum (pro sponso) et duodecimum (pro sponsa) et quamnam ob causam.

6. Agnoscatne an nupturiens contraxerit matrimonium religiosum vel civilem celebraverit actum cum alia persona. Quacum. Subsistatne matrimoniale vinculum vel civilis unio.

7. Compertumne habeat utrum nupturientes aliquo impedimento detineantur, publico vel occulto, procedente a consanguinitate, affinitate etc.

8. Sciatne utrum sponsi matrimonialem consensum libere, praesertim mulier, praestent, an ab aliquo compulsi et quare; et utrum ambo verum matrimonium christianum inire velint: unum nempe, indissolubile, proli procreandae ordinatum, absque contraria intentione vel conditione; aut utrum aliquid huiusmodi ab utroque vel alterutro audierit.¹

9. (Si ambo vel alteruter contrahens aetate minor sit, nempe infra vicesimum primum aetatis annum (can. 88 1). Cognoscatne utrum parentes huic matrimonio consentiant; an et quasnam ob rationes dissentiant. Censeatne utrum parentes sint rationabiliter invitati.

10. Nihilne aliud habeat declarandum circa hoc matrimonium.

Loco...die...mense...anno...

Subsignatio testis...

Subsignatio parochi...

¹ Scite animadvertatur hanc quaestionem permagni esse faciendam ut nullitas matrimonii praesertim ex capite vis et metus praecaveatur. Reddita responsionis rationem habeat parochus in examine partium: quod si iam peregerit, iterum ad idem easdem vocet.

ALLEGATUM III
(cfr. n. 6 Instructionis)

Quaestiones seorsum proponendae parentibus (tutoribus) nupturientis aetate minoris (can. 1034), quando parochus certo non constet de absentia cuiusvis obstaculi ex parte ipsorum.

Revocata testi sanctitate iurisiurandi atque gravitate poenarum, quibus periuri sunt obnoxii, necnon sollemnitate actus quem est expleturus parochus testem alloquatur:

Velis invocare Nomen divinum in testem veritatis tangendo sancta Evangelia, sequenti formula:

“Ego... iuro me totam ac solam veritatem dicturum super universa re, de qua rogandus ero”.

1. Requirantur eius nomen et cognomen, nomen patris, dies, mensis, annus et locus navitatis, religio, professio, domicilium.

2. Prospectumne habeat consilium filii (filiae) sui (suae) matrimonii contrahendi cum...

3. Probetne hoc matrimonium, secus quibus de causis ei adversetur.

4. Noscatne utrum aliquo impedimento consanguinitatis, affinitatis, etc., publico vel occulto, detineantur nupturientes. Utrum filius (filia) suus (sua) aliud matrimonium religiosum celebraverit vel civilem inierit actum et quacum (quocum); subsistatne adhuc matrimoniale vinculum, vel civilis unio.

5. Noscatne utrum filius (filia) libere praestet consensum matrimonialem, an ab aliquo compellatur et quam ob causam.

6. An putat filium (filiam) iis pollere physicis conditionibus ut par sit matrimonio ineundo et de matrimonii finibus edoctum (—am) esse.

7. Nihilne habeat addendum quoad hoc matrimonium.

Loco... die... mense... anno...

Subsignatio patris (tutoris) in uno exemplari.

Subsignatio patris (tutoris) parochi...

Subsignatio matris in altero exemplari.

Subsignatio parochi...

ALLEGATUM IV
(cfr. n. 6 Instructionis)

Pro iureiurando suppletorio recipiendo (quando necessarium sit ad normam cc. 1829-1830).

Anno Domini... hac die... mensis... personaliter coram me adfuit domin... fili... annorum... nat... ac baptizat... loco... dioecesis... ad effectum comprobandi suum statum liberum ineundi matrimonii causa, iuxta ritum S.R. Ecclesiae, cum... fil... nat... in paroecia... dioecesis...

Cum supra memorat... e solo natali abfuerit ab anno... ad annum... (continuo vel interiecto tempore) et cum commorari ipsi contigerit in loco (locis)... quin tamen ibi stabilem fixerit mansionem et cum nequeat testes producere habiles ad comprobendam libertatem status quam servavit in memoratis locis, nec valeat ad rem exhibere testimoniales litteras illarum Curiarum Ecclesiasticarum, ad easdem supplendas iureiurando admissus est. De Sanctitate iurisiurandi necnon de poenis a periuris (can. 2323) et bigamis (can. 2356) incurrendis est monitus ac praeterea certior factus, si ipse periuret, et impedimenta matrimonialia reticeat, non solum nullum atque irritum esse coniugium, verum etiam causam existere innumerabilium peccatorum. Coram igitur me subsignato ipse genuflexus ante imaginem D.N.I.C. Crucifixi clara et intelligibili voce emisit hanc sacramenti

Formulam

Ego... fil... (patris)... (matris)..., officium meum probe perspectum habens dicendi veritatem atque rei, de qua agitur, momentum, haec sancta Evangelia tangens, profiteor et iuro me toto anteacto tempore, quo extra natale solum moratus sum, omnino liberum ac solutum permansisse a quopiam impedimento aut vinculo matrimonii.

Subsignatio nupturientis...

Subsignatio Ordinarii vel eius delegati.

ALLEGATUM V
((cfr. n. 4 a) Instructionis)

Paroecia...

Dioecesis...

Status documentorum Curiae Episcopali exhibitorum pro
matrimonio ineundo inter:

sponsum...¹sponsam...¹

filium... (nomen patris).

filiam... (nomen patris).

commorantis in loco...

commorantis in loco...

et... (nomen et cognomen
matris).et... (nomen et cognomen
matris).

commorantis in loco...

commorantis in loco...

professionis (sponsi)...

professionis (sponsae)...

natum loco...

natam loco...

dioecesis...

dioecesis...

die...

die...

baptizatum in paroecia...

baptizatam in paroecia...

die...

die...

confirmatum die...²confirmatam die...²

viduum e...

viduam e...

domicilium aut commoratio-
nemdomicilium aut commoratio-
nem habentemhabentem (sponsum) in paroecia...(sponsam) in paroecia...³

¹ In Italia si nominum intercedat disparitas inter actum baptismi et actum civilem, ambo nomina referantur (cfr. *Istruzione della S. C. della Disciplina dei Sacramenti, 1 Iuglio 1929, alleg. III, mod. I, nota 1*).

² Prout desumitur ab adnotatione in actu baptismi, aut a documento aut a iureiurando.

³ Heic adnotetur unde libertas sponsorum comprobetur, utrum nempe ab examine testium, a iureiurando suppletorio, a documentis viduitatis, sententiae nullitatis, dispensationis super rato, aut a pluribus argumentis simul sumptis, quo in casu haec singillatim enumerentur.

Status libertatis

Publicationes canonicae peractae sunt die...

Publicationes civiles (ubi hae iure concordatario praecipiuntur) peractae sunt die...⁴

Dispensatio ab impedimento...

Loco... die... mense... anno...

Parochus

.....

Visis documentis huic Curiae exhibitis ibique asservatis (Prot. n.) nihil obstat quominus matrimonium, de quo supra, contrahatur, servatis de iure adhuc servandis.

Loco... die... mense... anno...

Cancellarius Curiae

.....

Ordinarius

.....

Nihil obstat ex parte parochi infrascripti quominus extra suam paroeciam matrimonio, de quo supra, assistat sacerdos legitima facultate praeditus, servatis de iure servandis.⁵

Loco... die... mense... anno...

Parochus

.....

Matrimonium de quo supra, celebratum est die... mense... anno... in ecclesia... loci... dioecesis... coram me infrascripto.

Parochus aut sacerdos delegatus

.....

⁴ Aut dispensatae.

⁵ Uti patet, licentia haec, prout cavetur in can. 1097 § n. 3, conceditur ad *licitatem tantum* a parochi cui esset assistendi matrimonia.

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi. Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis Canones Authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

A

I—*De temporis supputatione*

D. I. An, electo uno temporis supputationi modo, hic, vi can. 33 § 1, in actionibus formaliter diversis, mutari possit.

D. II. An tres Missae celebratae nocte Nativitatis Domini sint actiones formaliter diversae.

R.—Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

II—*De appellatione Defensoris vinculi matrimonialis*

*D.—*An, provocante Defensore vinculi, vi can. 1987, contra secundam sententiam, quae matrimonii nullitatem confirmaverit, ad tertiam instantiam, Defensor vinculi ulterioris istius instantiae, etsi agatur de tribunali apostolico, interpositam appellationem, pro sua conscientia, deserere possit, ita ut tribunal, in casu, nequeat Defensori vinculi appellationem deserenti eiusdem prosecutionem imponere.

*R.—*Affirmative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 29 Maii anno 1947.

B

I—*De recursu ad Sanctam Sedem per Legatum Romani Pontificis*

*D.—*An clausula can. 81 “nisi difficilis sit recursus ad Sanctam Sedem” obtineat quoties Ordinarii facile recurrere possunt ad Legatum Romani Pontificis in regione, qui cum eadem Sancta Sede communicat.

*R.—*Negative.

II—*De duello*

*D.—*An, in iis locis in quibus sententia de duello habendo reservatur tribunali quod dicitur “honoris”, provocantes et acceptantes incurrant in poenas de quibus in can. 2351 ipsa provocatione vel acceptatione.

R.—Affirmative, nisi certo constiterit provocantes non habuisse intentionem duellandi.

III—*De favore iuris quo gaudet matrimonium*

D.—An stante positivo et insolubili dubio de validitate primi matrimonii, invalidum, vi can. 1014, declarari debeat secundum matrimonium.

R.—Affirmative, dummodo causa definiatur ad ordinarium tramitem iuris.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 26 Iunii anno 1947.

M. Card. MASSIMI, *Praeses*.

L. † S.

A Coussa, ORDINIS BASILIANORUM ALEPPEN., a *Secretis*.

Curia Diocesana

ARZOBISPADO DE MANILA

Circular sobre el Día de Vocaciones para el Clero Secular

A LOS MUY REVERENDOS PADRES VICARIOS FORANEOS
Y PÁRROCOS

Muy Reverendos Padres:

Uno de los asuntos de que se habló en la última conferencia del Episcopado Filipino fué sobre la vocación para el clero secular cuya suma importancia y absoluta necesidad especialmente en nuestra amada Archidiócesis de Manila es innecesario repetir aquí. Para fomentar las vocaciones para el clero secular se acordó unánimemente fijar cada año un día de vocaciones para el clero secular como en efecto se estableció el día de Pentecostés, día del Espíritu Santo, día especial de oración para pedir del Altísimo que envíe operarios que prediquen y enseñen en su viña, según aquello del Apóstol S. Pablo: *Cómo invocarán a aquel en quien no creyeron? Y como creerán a aquel de quien nada oyeron? Y como predicarán si no fueren enviados? Para continuar pues la obra de los Apóstoles debemos hacer todo lo posible en tener ministros que sean "luz del mundo y sal de la tierra"*.

Para coordinar los actos de dicho día, por las presentes venimos en disponer lo siguiente:

1o. Que todos los años el domingo de Pentecostés sea día de oración pública por las vocaciones para el clero secular;

2o. Los Reverendos párrocos en 2 domingos consecutivos antes de dicho día de Pentecostés deberán instruir a sus respectivas feligresías acerca de este acto religioso, explicándoles su objeto e invitándoles a pedir al Señor el aumento de vocaciones para el clero secular;

3o. En dicho día se celebrarán las funciones siguientes que, según su conveniencia, se podrán hacer todas por la mañana o dejando otras para la tarde:

a) Misa rezada con exposición solemne del Santísimo Sacramento;

b) Comunión general del pueblo y particularmente de niños;

c) Sermón sobre el sacerdote católico, su necesidad y excelencia;

d) Plegaria pública por el aumento de vocaciones para el clero secular dicha en voz alta por el Párroco y seguida por el pueblo; y

e) Rosario y reserva del Santísimo.

Su Prelado que les bendice

† M. J. O'DOHERTY, D.D.
Arzobispo de Manila

Manila, 30 de Enero 1948

ERECCIÓN DE LA PARROQUIA DE SAN JUAN DE BULACAN

NOS DR. D. MIGUEL J. O'DOHERTY, POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA, ARZOBISPO METROPOLITANO DE MANILA, ISLAS FILIPINAS.

Habiendo visto este expediente de desmembración o nueva demarcación de las Parroquias de Hagonoy, Calumpit y San Antonio de Iba, todas de la provincia de Bulacan, y erección en parroquia del Barrio de San Juan, segregando de su matriz San Antonio de Iba:

Resultando que los Barrios de San Isidro y San Miguel de la parroquia de Hagonoy, San José, Mayto y Panducot de la parroquia de Calumpit, y San Juan de la parroquia de San Antonio de Iba, de cuyas parroquias serán segregados, tienen el número suficiente de habitantes y distan bastante lejos de sus respectivas iglesias parroquiales; por lo tanto existen razones y causas canónicas justas y suficientes para que San Juan y otros barrios mencionados anteriormente sean segregados de Iba, Hagonoy y Calumpit (Can. 1427):

Resultando que los Párrocos de Iba, Hagonoy y Calumpit reconocen como causa canónica justa las razones expuestas en el párrafo anterior, y han dado su conformidad:

Resultando que el Ilmo. Cabildo Metropolitano de la Archidiócesis, manifestando su parecer, ha dado también su conformidad:

Resultando que el Barrio de San Juan ya tiene una iglesia acondicionada para los oficios parroquiales, una casa parroquial y una parcela de terreno para cementerio:

Considerando que los Ordinarios tienen potestad para desmembrar las parroquias existentes, INVITI QUOQUE EARUM RECTORIBUS, siempre que exista gran dificultad de los fieles para acudir a la iglesia parroquial, o sea tan grande el número de aquellos que no pueda atenderse convenientemente a su cuidado espiritual creando nuevas parroquias:

Considerando que la dificultad de atender desde la propia parroquia a un gran número de fieles está reconocida por todos:

NOS, Vistos los cánones 1427 y 1428 del Código Piano, DECRETAMOS

1o. Que venimos en separar y desmembrar, como por la presente separamos y desmembramos los barrios de San Isidro y San Miguel de su matriz, la parroquia de Hagonoy; San José, Mayto y Panducot de la jurisdicción de Calumpit; San Juan de la comprensión de San Antonio de Iba, para erigir y establecer como por la presente erigimos y establecemos dicho barrio de San Juan en Curato propio de San Juan, teniendo por titular a SAN JUAN BAUTISTA y por sede el barrio de San Juan, Iba, Hagonoy y con derecho a percibir las obvenciones que hasta ahora han apercibido sus respectivos Párrocos, y que han venido de los Barrios desmembrados.

2o. Que la Parroquia de San Juan y los otros barrios agregados a la misma y desmembrados de las parroquias de Hagonoy, Calumpit e Iba quedarán plenamente separados de sus matrices respectivas a cuyos Párrocos declaramos libres de cargo y exentos de este barrio de San Juan y de los demás barrios anexionados.

3o. Que la nueva parroquia de San Juan tendrá su Párroco propio, sello parroquial, libros parroquiales y demás objetos para el culto de la Iglesia y la cual pertenecerá a la Vicaría Foránea de Malolos; y

4o. Finalmente, que no existiendo dote suficiente para sostener el culto y personal de la nueva parroquia de San Juan, amonestamos y mandamos a los fieles vecinos de la feligresía que ayuden en cuanto les sea posible a mantener el decoro y culto de la Iglesia y a sostener al Párroco sobre todo en lo que toca al arancel parroquial Archidiócesano.

Y Mandamos igualmente a todos que observen este Nuestro Decreto de que en dialecto local dará el Párroco futuro de San

Juan conocimiento al público desde el púlpito de la iglesia en un día de mayor concurrencia para los efectos oportunos; y archívese el original.

Dado en Nuestra Curia Arzobispal de Manila, firmado de Nuestra mano, sellados con el mayor de Nuestras Armas, y refrendado por el infrascrito Secretario de Cámara y Gobierno a 23 de Marzo de 1948.

† M. J. O'DOHERTY, D.D.
Arzobispo de Manila

Por mandado de S. E. Rdma.

Nota:—

Este decreto tendrá efecto solamente en el momento, cuando el sacerdote quien fuera nombrado párroco de esta nueva parroquia tome posesión de su cargo.

† M. J. O'DOHERTY, D.D.
Arzobispo de Manila

ERECCIÓN DE LA PARROQUIA DE SIBUL

NOS DR. D. MIGUEL J. O'DOHERTY, POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTOLICA, ARZOBISPO METROPOLITANO DE MANILA, ISLAS FILIPINAS.

Habiendo visto este expediente de desmembración o nueva demarcación de la parroquia de San Miguel, Bulacan y erección en parroquia del barrio de SIBUL, segregando de su matriz San Miguel;

Resultando que los Barrios y sitios Sibul, Tartaro, Balaong, Masalipit, Kinamatayan Kabayo, Sta. Lucia, Kalumpang, Madlum, Biak-na-bato y Malibay todos de la comprensión de la parroquia de San Miguel, Bulacan, de la cual parroquia serán segregados, tienen el número suficiente de habitantes y distan bastante lejos de su iglesia parroquial; por lo tanto existen razones y causas justas y suficientes para que Sibul y otros barrios mencionados anteriormente sean segregados de San Miguel (Can. 1427);

Resultando que el Párroco de San Miguel reconoce como causa canónica justa las razones expuestas en el párrafo anterior, y ha dado su conformidad:

Resultando que el Ilmo. Cabildo Metropolitano de la Archidiócesis, manifestando su parecer, ha dado también su conformidad:

Resultando que el barrio de Sibul ya tiene una iglesia acondicionada para los oficios parroquiales:

Considerando que los Ordinarios tienen potestad para desmembrar las parroquias existentes, INVITI QUOQUE EARUM RECTORIBUS, siempre que exista gran dificultad de los fieles para acudir a la iglesia parroquial, o sea tan grande el número de aquellos que no pueda atenderse convenientemente a su cuidado espiritual creando nuevas parroquias:

Considerando que la dificultad de atender desde la propia parroquia a un gran número de fieles está reconocida por todos:

NOS, Vistos los cánones 1427 y 14428 del Código Piano, DECRETAMOS

1o. Que venimos en separar y desmembrar, como por la presente separamos y desmembramos los barrios de Sibul, Tartaro, Balaong, Masalipit, Kinamatayan Kabayo, Sta. Lucia, Kalumpang, Madlum, Biak-na-bato y Malibay de la parroquia de San Miguel, su matriz, para erigir y establecer como por la presente erigimos y establecemos dicho barrio de Sibul en Curato propio de Sibul, teniendo por titular a Nuestra Señora de los Remedios y por sede el barrio de SIBUL, San Miguel, Bulacan y con derecho a percibir las obvenciones que hasta ahora ha apercibido su párroco y que ha venido de los barrios desmembrados.

2o. Que la Parroquia de Sibul y los otros barrios agregados a la misma y desmembrados de la parroquia de San Miguel, Bulacan, quedarán plenamente separados de su matriz a cuyo párroco declaramos libre de cargo y exento de este barrio de Sibul y de los demás barrios anexionados.

3o. Que la nueva parroquia de Sibul tendrá su Párroco propio, sello parroquial, libros parroquiales y demás objetos para el culto de la Iglesia y la cual pertenecerá a la Vicaría Foránea de Baliwag; y

4o. Finalmente, que no existiendo dote suficiente para sostener el culto y personal de la nueva parroquia de Sibul, amonestamos y mandamos a los fieles vecinos de la feligresía

que ayuden en cuanto les sea posible a mantener el decoro y culto de la Iglesia y a sostener al Párroco sobre todo en lo que toca al arancel parroquial Archidiocesano.

Y mandamos igualmente a todos que observen este Nuestro Decreto de que en dialecto local dará el Párroco futuro de Sibul conocimiento al público desde el púlpito de la iglesia en un día de mayor concurrencia para los efectos oportunos; y archívese el original.

Dado en Nuestra Curia Arzobispal de Manila, firmado de Nuestra mano, sellados con el mayor de Nuestras Armas, y refrendado por el infrascrito Secretario de Cámara y Gobierno a 24 de Abril de 1948.

† M. J. O'DOHERTY, D.D.
Arzobispo de Manila

Por mandado de S.E. Rdma.

AUGUSTO IGNACIO
Sec.

NOMBRAMIENTOS

Con fecha 4 de Marzo de 1948 fueron expedidos los siguientes nombramientos:

R.P. Honorio Resurrección, Cura Párroco de Plaridel, Bulacan.

R.P. Francisco Domingo, Cura Párroco de S. Miguel, Bulacan.

R.P. Marcelino Fajardo, Cura Párroco de Bocaue, Bulacan.

R.P. Conrado Gosioco, Cura Párroco de Odonnell, Tarlac.

Con fecha 17 de Marzo 1948:

Rev. P. Francisco X. Rello, S.J. Capellán del Hospital General;

Rev. P. Walter Hogan, S.J., Portavoz de la Archidiócesis en las materias que conciernen al mejoramiento de las relaciones entre la capital y el trabajo;

Rev. P. George Willmann, S.J., Encargado: a) Caballeros de Colón b) Prensa Católica Tagala en general, y c) Organización del C.Y.O.

3 de Abril 1948.—Tengo el honor de enviarle la lista de los recientes nombramientos en el Arzobispado de Manila:

- 1—P. Marciano David, Coadjutor de Angeles, Pampanga
- 2—P. Fernándo Franco, Coadjutor de Minalin, Pampanga
- 3—P. Florencio Tumang, Coadjutor de Candaba, Pampanga
- 4—P. José Lacson, Coadjutor de Mabalacat, Pampanga
- 5—P. Pedro Capitly, Coadjutor de Santa Ana, Pampanga
- 6—P. Horacio Cabiling, Coadjutor de Obando, Bulacan
- 7—P. Artemio Pascual, Coadjutor de San Antonio, N. Ecija
- 8—P. Felix Lazatin, Coadjutor de Cabanatuan, N. Ecija
- 9—P. Amador Cruz, Coadjutor de Indang, Cavite
- 10—P. Arcadio Pascual, Coadjutor de Alfonso, Cavite
- 11—P. Benjamin Mariño, Coadjutor de San José de Trozo,

Manila

12—P. Conrado Quiambao, Coadjutor de Concepción, Tarlac
Nombramientos:

Párroco de San Juan Bautista (Hagonoy): el Rdo. P. Elias Reyes.

Párroco de Sibul (San Miguel): el R. P. Esteban Exaltación

Rdo. P. Dr. Felix C. Sicat, Superintendente del Catecismo en la Vicaría de Sur-Este, Prov. de Rizal.

Rdo. P. Leopoldo del Rosario, Superintendente del Catecismo en la Vicaría de Bataan, Bataan.

Rdo. P. Carlos Bernardo, Superintendente de Catecismo para la Vicaría Noroeste, Prov. de Rizal.

Rdo. P. Jorge Borlongan, Superintendente del Catecismo para la Vicaría de Baliwag, Prov. de Bulacán.

Rdo. P. Edilberto Cruz, Superintendente del Catecismo para la Vicaría de Meycauayan, Prov. de Bulacán.

Rdo. P. Emigdio Trinidad, Superintendente del Catecismo para la Vicaría de Malolos, Bulacán.

Rdo. P. Amador Cruz, Superintendente del Catecismo para la Vicaría Sur, Prov. de Cavite.

Rdo. P. Lic. Ángel Pengson, Superintendente del Catecismo para Vicaría Norte, Prov. de Cavite.

Rdo. Lic. Manuel Baula, Superintendente del Catecismo para la Vicaría Norte, Provincia de N. Ecija.

Rdo. P. José Marquez, Superintendente del Catecismo para la Vicaría Sur, Prov. de N. Ecija.

Rdo. P. Lic. Francisco Cancio, Superintendente del Catecismo para la Vicaría de San Fernando, Pampanga.

Rdo. P. Francisco Mendoza, Superintendente del Catecismo para la Vicaría de Bacoor, Pampanga.

Rdo. P. Lic. Pedro D. Puno, Superintendente del Catecismo para la Vicaría de Angeles, Prov. de Pampanga.

Rdo. P. Benjamin Jiao, Superintendente del Catecismo para la Vicaría de Tarlac.

Manila, 29 de Abril de 1948

P. AUGUSTO IGNACIO
*Secretario del Arzobispado
 de Manila.*

INVOCATION

Pronounced at the Oath Taking and Induction to Office
of Pangasinan Provincial Officials
Lingayen, January 4th, 1948

O Almighty eternal God, from Whom all authority proceedeth,¹ by Whom "princes rule and the mighty decree justice",² Whose Apostle beseechingly said: "This first of all, I ask, that petition, prayers, entreaty and thanksgiving should be offered for all mankind, especially for kings and others in high station, so that we can live a calm and tranquil life, as dutifully and decently as we may. Such prayer is our duty, it is what God, our Savior, expects of us, since it is His will that all men should be saved, and be led to recognize the truth";³ behold us gathered in the Name of Thy Son⁴ to thank Thee for this great day and to implore Thy blessing upon our rulers and Thy people.

Knowing that "the days are evil",⁵ and that we cannot do anything without Thee,⁶ for "all our ability comes from God",⁷ we come to Thee for "the things that are for our peace",⁸ O "Author of peace, not of disorder".⁹

Since Thou hast said that "wisdom is better than weapons of war"¹⁰ and "a wise man better than a strong man",¹¹ we beseech Thee, Thou, Who settest rulers over nations,¹² grant to our new officials understanding hearts, wisdom and knowledge, clear discernment between good and evil, virtues with which Thou wert pleased when asked by Thy servant King Solomon for the worthy government of Thy once-chosen people.¹³

In the first place, grant them full knowledge and fear of Thee, for that is the foundation and fulness of all wisdom.¹⁴ Let them therefore acknowledge Thee as "King of kings and

(1) Wisdom 6:4; Rom. 13:1.

(2) Prov. 8:16.

(3) 1 Tim. 2:1-4 (Knox's Version).

(4) St. Matth. 18:20; St. John 14:13-14; 15:16; 16:23-24, 26-27.

(5) Eph. 5:16 (Revised Challoner-Rheims Version).

(6) St. John 15:5.

(7) 2 Cor. 3:5 (Knox's Version).

(8) St. Luke 19:42 (Revised Challoner-Rheims Version).

(9) 1 Cor. 14:33 (Knox's Version).

(10) Ecces. 9:18; 7:20.

(11) Wisdom 6:1.

(12) Eccus. 17:14.

(13) 3 Kings 3:7-14; 2 Par. 1:10-12.

(14) Ps. 110:10; Prov. 1:7; 9:10; Eccus. 1:16; 1:20; 19:18.

Lord of lords",¹⁵ and make them obey Thy laws and Thy commandments so that they may not fall into the error of those who made god of the State or themselves and framed laws against men and even against Thee as did totalitarian States and rulers. For Thou hast disposed that the State or government is not itself an end but a means for the acquisition of material happiness and prosperity of individuals and society¹⁶ and to all Christian rulers Thou hast said: "You know that the rulers of the Gentiles lord it over them, and their great men exercise authority over them. Not so is it among you. On the contrary, whoever wishes to become great among you shall be your servant; and whoever wishes to be first among you shall be your slave; even as the Son of Man has not come to be served but to serve, and to give His Life as a ransom for many."¹⁷ From which words we gather that the State and its officers have to serve the people and not to be served so that truly "government of the people and by the people" will always be "for the people".¹⁸

From the same principle, let them render unto Thee what is Thine;¹⁹ let them understand that they have no right to oppose Thee and violate Thy Church's rights and laws and rules of morality; and if they do, the citizens are absolved from their duty to obey such violations, for, as Thy servant Peter said, "God has more right to be obeyed than man".²⁰

Yes, we ask Thee to grant them discernment of good from evil because peace, which we all long for, is as Thy prophet Isaias said, the work of justice "and the service of justice, quietness and security forever" from which Thy people "shall sit in the tabernacles of confidence, and in wealthy rest".²¹ For, in peace imposed by force and fear, there is no security, there is no confidence nor rest. It is only peace based on justice and order which can bring tranquility and prosperity. Wherefore, O Lord, give them zeal and fortitude in the punishment of evil

(15) 1 Tim. 6:15; Apoc. 17:14; 19:16.

(16) Pius XI, Allocution "Jam Annus" to College of Cardinals, Dec. 14, 1925; Pius XII, Encyclical "Summi Pontificatus", Oct. 20, 1939; X'mas Broadcast, Dec. 24, 1942.

(17) St. Matth. 20:25-28; St. Mark 10:42-45; St. Luke 22:25-26 (Revised Challoner-Rheims Version).

(18) Lincoln's Gettysburg Address.

(19) St. Matth. 22:21; St. Mark 12:17; St. Luke 20:25.

(20) Acts 5:29 (Knox's Version).

(21) Isaias 32:17-18.

without preferences or acception of persons nor other considerations.²²

Thou, Who dost despise the bad rulers of old Israel and didst compare them to shepherds that eat of their flock, and tear them without feeding and protecting them,²³ and callest such rulers mercenaries and hirelings,²⁴ let them not forget that they are Thy stewards who will render an account of their stewardship before Thee²⁵ because they are Thy "ministers to the people for good. . . ., avengers to execute wrath on him who does evil",²⁶ "to punish criminals and encourage honest men".²⁷ Let them therefore be generous and vigilant even as Thy Son Who called Himself the Good Shepherd.²⁸ Let them not encroach on the right of the weak and poor so that they may not be as Jezabel greedy for others' goods,²⁹ who died a violent death and was eaten by dogs.³⁰

Thou, Who hast ordered in the Holy Books that the poor laborer should be given his just wages, saying: "The wages of him that hath been hired by these shall not abide with thee until the morning".³¹ "Thou shalt not refuse the hire of the needy, and the poor, whether he be your brother or a stranger that dwelleth with thee in the land, and is within thy gates. But thou shalt pay him the price of his labor the same day, before the going of the sun, because he is poor, and with it, maintaineth his life; lest he cry against thee to the Lord, and it be reputed to thee for a sin",³² give each an upright conscience not to defraud the poor.³³

And Thou, Who hatest bribery and bribes and dost say in the Holy Books: "Neither shalt thou take bribes, which even blind the wise, and pervert the words of the just".³⁴ "Presents

(22) Lev. 19:15; Deut. 1:17; 16:19; Prov. 24:23; Eccus. 42:1; St. James 2:1;—Deut. 10:17; 2 Par. 19:7; Job 34:19; Wisdom 6:8; Eccus. 35:15-16; Acts 10:34; Rom. 2:11; Gal. 2:6; Eph. 6:9; Col. 3:25; 1St. Peter 1:17.

(23) Ezech. 34; Jer. 23.

(24) St. John 10:11-13.

(25) St. Luke 16:2; Rom. 14:12.

(26) Rom. 13:4 (Revised Challoner-Rheims Version).

(27) 1 St. Peter 2:14 (Knox's Version).

(28) St. John 10:11-16.

(29) 3 Kings 21.

(30) 4 Kings 9:26-37.

(31) Leviticus 19:13; Tobias 4:15.

(32) Deut. 24:14-15.

(33) Eccus. 34:25; 27.

(34) Exod. 23:8.

and gifts blind the eyes of judges and makes them dumb in the mouth so that they cannot correct";³⁵ "Thou shalt not accept presents nor gifts: for gifts blind the eyes of the wise and change the words of the just",³⁶ permit them not to be blinded by the sheen of silver and gold³⁷ as the Apostle Judas, who, for the love of a handful of money, betrayed Jesus,³⁸ the Innocent,³⁹ the Life, the Truth.⁴⁰

